



Perillustri Amplissimèque DOMINE,

Molliora exspectabam scribendi tempora: et nunc
tamen in castra venio, inermis armatum inter-
pellaturus. Ita sic vivo, tanquam ab Somnibus
segregatus sum; in Arce, non in Vrbe; Vrbs
licet Arcem includat. Familiam velut Rempubl.
Sabeo; Bibliotheca civitatem facit. De opibus
quaeris? octo mihi filij sunt, sex filiae. Ex
Sis una nupta Nobili et egregio adolescenti, IOANNI
OEM, Dordrechtano, qui novercae meae sororem
avianam paternam Sabuit. Is igitur velut nonus
mihi filius est, nisi potius primum debeam appel-
lare. Iam verò matrem Dordrecht Sabet, vi-
duam, CORNELIAM GRYPH: quae visendi filij
potestatem petit, imò mei, tanquam fratris. In-
tercedo igitur, et rogo, ut quemadmodum mihi
inermi, et Musis dedicato, benignus fuisti: ita
mulieri faveas; nuperum Beneficium novo exten-
das. Quod fieri solet, aut potest, facies. Nescio
enim an Saec libertas mea modum excedat: Soc scio,
propitiam mihi humanitatem futuram, ut vel
iurer, vel excuser. Si tuo videbo Beneficio Soro-
rem meam, beatus ero: sed à te amari magis sem-
per Beneficium putabo. Valetudo mea iter Ventonense

Sactenus impedivit: et litteris tamen Illustrissi-
mi Excellentissimique Principis usus sum; qua-
tuor filios nomine meo ad res familiae tractan-
das misi. Eos Venonae Perillustris PINSENIUS
cum libera custodia detineretur, p̄silotesiā Suma-
nitate complexus est. Ergo et Sic Heros Lite-
ras amat? Id verò est verè fortem esse. Si
ocasio est, fac quaeso sciat, virtutes à me suas
aestimari. De studijs scribam, ubi ab armis ad
studia ipse redieris. Vale

Perillustris Amplissimique DOMINE, et me
amare perge,

TVVM affectu, obsequio, cultu

Erycium Puteanum.

Louani, in Arce, Prid. Kal. Septemb.

MD. XXXI.

}

Teodoro

Amico Amico & Corinto

Edicti

CONSTITUTIO HACENIO

Sanctissimi Imperatoris

Perillustri Amplissimogue V.

D. CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti,

Principi Auriaco à Consilijis et

Secretis.



